

- 12 Optant illum populus pontificem et clerus,  
 Quisacrandum proprium Iohannem dat discipulum,  
 Hinc superno numine in montis stans cacumine  
 Spiritum abbatis locandum cum beatis  
 E conspectu terrę angelos uidet ferre.
- 13 Uotum mox inhibitum post patris litat obitum,  
 Gaudet pisce magno petroso capto stagno,  
 Trabem breuiorem dat prece longiorem,  
 Pergit hinc ad castrum ob Michahelis festum,  
 Egit missas more, spiritus tonat ab ore.
- 14 Egrotat in castro electus deo nostro,  
 Post fletum, post gemitum defungens efflat spiritum,  
 Michahel fidelis locauit hunc in cęlis,  
 Accurrit episcopus flens ad magistri corpus.  
 Caligas eius induit claudus et exiliit.
- 15 Corpus est nudatum, ut solet, ob lauatum,  
 Renes et sacratos mirantur uulneratos,  
 Capsam clausam pandunt catenam et offendunt,  
 Cruore perfusum horrebant et cylicium,  
 Clamant, o felicem suimet carnificem.
- 16 Equis hinc indomitis sacratum corpus martyris  
 Presul imponebat, infrenes et laxabat,  
 Currunt in directum ad cellę patris tectum.  
 Sequitur cum clero Iohannes atque populo,  
 Kyrieleison clamant et desfletum tumulant.
- 17 Iohannes noli flere, magistrum crede uiuere.  
 Uiuuit, inquam, Gallus, beator iam nullus,  
 Uiuuit per miracula, dans scutum ad obstacula,  
 Iudex inter dextros sessurus in sinistros  
 In tremendo examine. gloria tibi domine.

Beim abdruck sind alle in der handschrift über die fünf ersten strophen, wechselnd mit rother und schwar-

13, 2 petrose.

c